Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



que ex ore huius anicule
recognouerit. Ad hec scs
crisogonus talia remisit.
scripta anastasie. Semper
est ut lumen tenebras an
tecedant. Sic etiam post
infirmitatem salus reu
titur. et uita post mor
tem promittitur. Yno
fine concluduntur et ad
uersa huius mundi et prospera.
ne uel tristibus desperatio
uel letis elatio dominetur.
Ynum mare est in quo na
uicula corporis nostri uelifi
cante sub uno gubernatore
anime nostre nautico f
unguntur officio. Quo
rum igitur naues fortissi
mis carinarum nexibus
solidate. tenebrosi equoris
concitos fluctus illese pre
tereunt. quorundam uero fra
gili iuncta lignorum et
in tranquillo uicinum
morti conficiunt cursum

Prope est enim ut pereant.
qui non cogitant ut in
portum salutis attingant.
Tu uero o xpi irreprehensibi
lis famula. crucis xpi
tropheum constringe.
et te ipsam ad opus dei
preparare in quod tuis desi
deriis dum peruenis cum
martirii palma ad xpm at
tingas. Tunc accipiens
hanc epistolam anastasia
confidens enim erat
xpo. sed custodum uiolen
cius subiacens ingemis
cebat. Interea tribus euo
lutis mensibus corpus pu
blici reuocatum est naue. et
omnis qui eam custodiebant
per diuersa fugerunt. Egres
sa igitur sancta anastasia li
bera pergit ad crisogonum.
et omnia que ei acciderant
cum gaudio lacrima
bilis refert. Yenditis igitur
omnibus facultatibus suis